




# Belgium sive inferior germania

<https://hdl.handle.net/1874/430433>

## GERMANIA INFERIOR.



(Blank  
Div-49)

*Montes.* capit, magnaque ejus copia sale condiri solet, magnum emolumentum regioni quotannis adferens. Tertium genus Piscium præcipuum, quos sale conspergi dixeram, Latinis vocatur *Salmo*: optinūs quoque tam recens quam conditaneus. Piscem hunc Hollandia & Zelandia proferunt, omnibus fere mensibus, sed maxime Aprili, Mayo & Iunio: cujus tanta sale conditur copia, ut collectum in caput fœnus annuū 200000 Coronat. excedere creditur. Sed de his satis, ad reliqua pergamus. Planum & æquum est Belgii solum: pauci in eo reperiuntur Colles, Montes pauciores, præterquam in Lutzenburgo, Namurco, & nonnullis Hannoniæ locis, ubi densiores sunt, & apud Leodienses sunt quoque plurimi. Nemoribus Silvisque, quantum voluptati aut venationi satis est, aut regionis decor exigit, sparsim ornatur. *Silva Raymenis*

*Silva &  
Raymenis*

tempore lulii Cæsaris, ut ipse scripto mandavit, totius Galliæ maxima erat, & ingenti magnitudine per medios fines Trevitorum à flu- mine Rheno ad Nervios, nunc *Tornacenses*, & *Rhemorum* perricens, millibus passuum amplius quingentis in longitudinem patebat. Et hoc quoque tempore nulla totius Galliæ Silva cum ea adæquari potest: sed cum hodie sit bene culta regio, multum ipsam de pristina magnitudine amisisse videmus: ita ut pars quoque superites sæpius interrumpatur, & mutato nomine ab agricultoris colatur. Pars autem ejus maxima & minus interrupta, est à Theonis-Villa prope Leodium usque, quod spatium ad xxx milliaria se in longitudinem extendit. In medio sita est urbs *s. Huberti*, quæ Gemma Frisio teste, Longitudinis continet grad. 26. & min. 40. Latitudinis vero grad. 50 & min. 4. Arbores habet hæc Silva omnis generis amoenas, altitudinis ingentis & latitudi-

nis, quæ eam non minus fructuosam quam jucundam efficiunt. *Arduenna* Straboni, *Adcolis Ardenne*, *Rhenano Luitticherwald*, quod sonat *Leodiensem Nemus*, dicitur: *Mormavia*, *Mormau*, *Hannoniæ Silva amplissima*, initium sumit prope *Quercetum*, *Quesnoy*, & ad Meridiem se longius in *Veromanduos* extendit: ac multa in se continent *Opida*, *Pagos* & alia loca fontibus & aquis perennibus amoenissima. Carbonum hic magna conficitur copia: unde eam nonnulli partem *Silvæ Carbenariae* esse arbitrii sunt: alii tamen *Silvam Carbonatiam* magis in Orientem Solem spectasse asserunt, inter *Mosam* & *Sabin*, & amœnam *Archiae Silvam* ex ejus esse reliquiis, in qua *Pagus cognominis egregia arce munitus* continentur, ibique domicilium *Dominorum Berlaymontiorum* esse solet. Amœnissima *s. Amandi Silva*, in Hannonia quoque sita est: dicitur etiam *Silva Raymenis*, ob earum affinitatem. Initium capit in finibus Flandriæ Gallicæ prope *Pagum s. Amandi*, unde nomen habet, & ad Orientem Valencenas usque excurrit, magna latitudine & spissitudine. *Silva Raymenis* est Domini d'Emery, qui propterea magnus est Hannoniæ Venator: Hæc enim dignitas hujus *Silvæ* propria est. *Silva Faignensis*, le bois de *Faignè*, in Hannonia prope *Avennas* initium habet *Mafieres*, usq; pertingens, spatio xvi milliarium, & antiquitus major erat. Videtur adhuc retinere nomen, quamvis corruptum à *Fauris* & *Satyris*: qui forte hinc à Poetis, cornua & pedes caprinos habere finge- bantur, quod hujus silvæ primi *Incolæ* tam essent feri & immanes, ut non multum à brutis different. *Soniensis Silva* duobus aut tribus teli i<sup>c</sup>tibus *Bruxella* distat, in Meridiem *Brennam* usque *Alleudam* & *Brennae Castellū* excurrit, spatio iii milliarium. Magna est certe & non cō-